



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

42. Quo anno Romam primò iuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

DISSERTATIO XLII.

Quo anno Romam primò iuerit.

Quo anno primam profectioem instituerit, non tradunt historiae. Vero simile mihi est iuisse eodē anno aduentus, scilicet 690, idque tempore autūnali, quod annitempus ad urbem hinc est commodissimum. Vt quid enim in sequentem annū distulisset gentium conuersione ardentissimus? Rediisse verò in principio anni sequentis, quo tempore Romā cōmodè reditur. Festinus est amor, nec moram patitur.

DISSERTATIO XLIII.

Quidnam præterea egerit in 1. profectioe
Romæ quæque inde extulerit
S. Willibrordus.

Quid præter petitam, & obtentam prædicandi licentiam, de qua iam, sit actum, dicit Beda lib. 5. historiae cap. 12: *Ut cum eius benedictione desideratum Euangelisandigentibus opus iniret. Simul (vt addit Beda) & Reliquias Beatorum Apostolorum ac Martyrum Christi, ab eo (scilicet Pontifice) se sperans accipere, vt dum in gente cui predicaret, destructis Idolis Ecclesias institueret, haberet in promptu reliquias Sanctorum quas ibi introduceret quibusq; ibidem depositis, consequenter in earum honorem, quorum essent illa singula, quæq; loca dedicaret. Sed & alia per plura quæ tanti operis negotium perquirebat vel ibi discere vel inde accipere cupiebat. In quibus omnibus cum sui*
vaticompos